Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tuis operando: ut diuinis uegetati sacramentis
ad cor immissa capienda tuo munere preparemur.
Per. Audistis dispen sacionem dei que data est mihi in uobis
ut impleam uerbum dei misterium quod absconditum fuit a seculis et a generacionibus nunc autem
manifestatum est sanctis eius quibus uoluit deus
notas facere diuitias glorie sacramenti huius in
gentibus: quod est xpus in uobis spes glorie Quem
uos annunciamus: corripientes omnem hominem in
omni sapia ut exhibeamus omnem hominem perfectum
in xpo iesu domino nostro Secundum Lucam
Vt. Egressus est iesus in uirtute spiritus
in galileam: et fama exiit per uniuersam regio
nem de illo Et ipse docebat in synagogis eorum:
et magnificabatur ab omnibus Et uenit nazareth
ubi erat nutritus: et intrauit secundum consuetudi
nem suam die sabbati in synagogam et surrexit
legere Et traditus est illi liber ysaie prophete Et
ut reuoluit librum: inuenit locum ubi scriptum
erat Spiritus domini super me propter quod unxit me:
euangelizare pauperibus misit me: sanare con
tritos corde predicare captiuis remissionem: et
cecis uisum: dimittere confractos in remissione:
predicare annum domini acceptum et diem retribu
cionis Et cum plicuisset librum: reddidit ministro
et sedit Et omnium in synagoga oculi erant
intendentes in eum Cepit autem dicere ad il
los Quia hodie impleta est hec scriptura in
auribus uestris Et omnes testimonium illi dabant:
et mirabantur in uerbis gracie que procedebant de

et dicebat omnis homines